



IAnus Zuiccauiensis à pueris operam literis de-
dit, atq; Græcæ & Latinæ linguæ usum feliciter
didicit. Inde se ad Philosophiæ & Medicinæ stu-
dium cōuertit, & Doctorum insignia sibi compa-
rauit. Erat Janus omni genere literarum doctissi-
mus. Itaq; animum ad scribendum appulit, & rem
literariam plurimū promouit, dum quædā com-
posuit, quædam uero ex Græco in Latinum tran-
stulit. Nam uniuersæ rei medicæ epigraphē & bre-
uem Isagogēn scripsit, & edidit 1534. Hippocratis
& Galeni plurimos libros latinitate donauit. Aē-
tium quoq; Medicū ex Græco uertit, atq; in Mar-
cello, Macro, Merboldo, Adamatio, & Parthenio
ueteribus Philosophis & Medicis illustrandis optimā operam insumplit. nec
etiam Janus contentus fuit Medicis profuisse, quin etiam Theologis suis uigi-
lijs inseruire studuit. Itaq; Basilij magni opera Latina fecit, atq; Epiphanium,
Chrysostomum, & alios patres Græcos maiori ex parte uertit, & omnibus La-
tinē exhibuit. Cum Leonardo quoq; Fuchsio de quibusc dā questionibus Me-
dicis docte disputauit, atq; sua eruditione omnibus innotuit. Hinc fa-
ctum ut doctissimis Germaniæ uiris Janus magna gloria connu-
meretur. Gessi, in Bib. Anon.